

D I V E R S O R V M  
I V R I S A R G V M E N T O R V M ,  
L I B E R P R Y M V S .  
**A U T H O R E D O C T O R E G O N Ç A L L O**  
**M E N D E Z D E V A S C O N C E L L O S**  
**E T C A B E D O .**

Olim collega in Collegio Diui Pauli Academiæ  
Conimbricensis: & in eādem cathedræ  
Sexti libri Decretalium, & Decreti  
publico professore.

*Nunc vero Canonico doctorali in insigni  
Ecclesia Eborenſi.*

(::)



Accesserunt & alia quædam opuscula in gratiam studiosorum.

**C O N I M B R I C Æ .**  
*P. Coll. de S. Pedro de Coimbra*  
Cum facultate Reuerendissimorum patrum  
supremo sanctæ Inquisitionis consilio  
Præfectorum, & Ordinarij.

Apud Antonium Barrerium typogr. Reg.  
in Vniuersitate.

1594.

*E. Cabral.*

**M**andato serenissimi principis Alberti, Archiducis Austriae,  
S. R. E. Cardinalis, & Inquisitoris generalis huius regni  
sedula, qua potui euolui diligentia, librum hunc, cum cæteris  
adiunctis, authore clarissimo doctore Gondicallo Mendez de  
Vasconcellos, & nihil in eis est (mea sententia) quod, vel bo-  
nos mores, vel Christianam pietatem, offendat Omnia enim  
sunt orthodoxa, & singulari eruditione, & rerum varietate,  
scripta, ac proinde digna iudico, quæ in publicam utilitatem  
excudantur.

Fr. Bartholomæus Ferreira.

**V**ista a informação pode se imprimir este livro, &  
despois de impresso torne a esta mesa, com o pro-  
prio original pera se conferir com elle, & felhe dar  
licença pera correr. Em Lisboa aos xxvj. de Janeiro  
de 1593.

O Bispo de Eluas.

Diogo de Sousa.

Marcos Teixeira.

**Imprimase, O Bispo Conde.**

**O** Suplicante pode imprimir este livro que foy visto na mesa,  
vista a licença do sancto officio, pera o que se lhe passará pro-  
uifam na forma ordenada, em Lisboa a 6. de Abril de 93.

Damião de Aguiar.

Pireira.

**E**ste livro foi visto na mesa, & taxado a duzentos rs. em papel  
& não se podera vender, no tempo que durar o privilegio, por  
maior prego. Em Lisboa a xij. de Maio de 93.

Diogo Lameira.

Antonio de Almeida.

Pireira.

• 821

# P R I V I L E G I O.



V el Rei faço saber aos que este aluará  
virem que atendo respeito ao que na  
petição a traz escripta diz o Doctor  
Gonçallo Mendez de Vascoellos Co-  
nego na See da cidade de Euora, & por  
lhe fazer merce ei por bem & me praz  
que por tempo de dez annos Imprimi-  
dor nem liureiro algum nem outra pes-  
soa de qualquer qualidade que seja não  
possa veinder nem imprimir é todos meus Reinos & senhorios  
de Portugal,nem trazer de fora delles o liuro intitulado *Diuers  
formum iuris argumentorum*, que elle compos, saluo aquelles Im-  
primidores, liureiros, & peñolas que pera isto tuerem seu po-  
der & licença, & qualquer Imprimidor, liureiro, ou pessoa que  
durando o dito tempo imprimir,ou vender o dito liuro nos di-  
tos meus Reinos & senhorios, ou trouxer de fora delles sem  
licença do dito Gonçallo Mendez perderá pera elle todos os  
volumes que ainsi imprimir,vender,ou de fora trouxer,& alem  
disto encorrerá em pena de cincoenta cruzados ametade pera  
a minha camara, & a outra ametade pera quem o acusar. E  
mando a todas as justiças a que este aluará for mostrado, & o  
conhecimento pertencer, o cumprão & fação inteiramente  
comprar & guardar como se nelle conthem,o qual me praz que  
valha como carta feita em meu nome , por mi assinada , sem  
embargo da Ordenação do segundo livro titulo xx. que o con-  
trario dispõe. Ambrosio de Aguillar o fez,em Lisboa a onze de  
Abril de 1593. & eu Francisco Nunez de Pauia o fiz escreuer.

E o dito liuro toy visto na mesa do despacho dos meus de-  
sembargadores do paço, & está taxado à duzentos rs cada vo-  
lume em papel , durando o tempo do priuilegio neste aluará  
declarado se não poderá vender o dito liuro por maior preço  
dos citos duzentos rs em papel, & este aluará terá impresso no  
principio do dito liuro, & sem elle ahi ser tresladado não po-  
derá correr.

Rey.

A ij

Illustrissimo Præfuli D: Georgio de Attayde  
Philippi Regis Catholici, rerum Regni Lu-  
sitaniae Consilia, & Capellano maiori,  
Tribunalique mensæ conscientiæ &  
ordinum militarium præsidi  
dignissimo.

Doctor Gonçallus Mendez de Vasconcellos et Cabedo Eborense  
Canonicus perpetuam fœlicitatem exoptat.



Ransactis viginti circiter annis, Præfus Illustrissime, quos in euoluēdis iuris vtriusq; authoribus consumpsimus, depositis quotidianæ prælectionis curis, in qua ferè per decennium in insigni Conimbricensi Academia elaborauimus: nacti aliquantulum liberius otium, & si non parum occupati quotidiano huius almæ Eborense Ecclesiæ obsequio, & aëstoris sanctæ Inquisitionis munere:) constituimus aliqua opera diligenterius elimare, ut typis manjari possent. Hanc igitur aggrediendi curam occurrit in primis tractatus quidam a me horis subcissiuis concinnatus, qui de diuersis iuris argumentis inscribitur, cuius librum primum in luce edere decreui, mox reliquos editurus si per tempus licuerit: illi adiūxi carmina quædam dulcissimi parentis mei Michaelis Cabedij, ut libellus varietate materiæ delectionem afferre posset: nihil enim (ut quidam ait) iucundum, nisi quod reficit varietas. Huius nostri laboris primitias tibi offero, Præfus illustrissime, quod te nostrorum studiorum fautorem, & Mecanatem iam diu senserim, atq; re ipsa sim expertus, licet enim intelligam, quām exiguum ac tenue hoc opus sit, ut tibi dedicari debeat, viro in tam excello digneitatis gradu constituto, non tamē me latet, quam gratus tibi esse soleat (pro tuo incredibili erga literas amore) illorum animus, qui tibi qualiscunq; Vigilarum suarum, & lucubrationum primitias, libenti ac beneulo animo offerunt, Valde, Præfus Illustrissime, Ebora vij. Idus Decembris M:D. XCI.

In laudem Michaeлиis Cabedij Regij quondam  
Senatoris, Authoris patris.

*Emmanuel Pimenta societatis IESV.*

**S**edes Vlyssis, qui lauit aureas  
Tagus fluentis aurifer aureis  
Fuluosque thesauros profundit  
Gemmifera pretiosissima verna:  
Fuluo decorus tegmine sustulit  
Aurata fuluo tempora gurgite,  
Interque Nymphaeum caterua:  
Ora suo lita soluit auro.  
Heroa nostis nobilis ingeni,  
Qui nos Hydaspi praetulit Indico,  
Niloque, famosoq; Gangi,  
Eridano, latioque Tibri:  
Nymphae superbi gloria fluminis  
Non visitatis tollite laudibus  
Insigne Kebedi per ortus  
Nomen, Hyperboreosque campos.  
Virtus inertis pressa silentio  
Parum sepultae distat inertiae  
Heroes a musis sepulti  
Ad superas reuocantur auras.  
Obliviones non ego liuidas

*Sinam*

*Si nām labores carpere, maximi  
Et facta Kebedi superba  
In genuis camulata palmis.*

*Æquum merenti reddere gratias  
Quo gloriosus ciue superbio,*

*Dum frēnat insignem per annum  
Iure domos Ithaci beatas.*

*Præses seueræ iure potentiæ*

*Dum regna lustrat proxima Duricæ*

*Vel flore, vel Lympha fugaci  
Elysias imitata sylvas.*

*Seu consulentis Regia Curiæ*

*Consulta, lingua prouochit aurea*

*Prudens futuri, vel per usus*

*Dotibus ingeni superbis:*

*Seu clara profert lumina patriæ*

*Claros decoro nomine liberos*

*Queis ardor in morem leonum*

*Ense sacro lacerare Turcas,*

*Queis sacra cordi, queis bene Principis*

*Commissa magni cura negotij,*

*Queis cura nuptiorum decus, vel*

*Virgineam capete ante palmam.*

*Herōa Nymphæ dicite, plausibus*

*Perniusta latis carinina: non volo*

*Cessent per Euporam, per Afros,*

*menj*

*perq*

Perque Asiae locupletis oras  
Donec decoris parta laboribus  
Conuexa mundi gloria transuoleat,  
Noritque præclaros honores  
Posteritas venientis æui.  
Sic fatus vndis mergitur aureis  
Nymphæ coronas vertice detrahunt,  
Ex hisque Kebedo coronam  
Flore parant preiosiorem.  
Cui nec procellæ, nec fuga temporum,  
Mauorsque, vel mors Marte potentior,  
Non ira cœli fulminantis  
Excutient meritos honores.

*Epigramma ad eundem Michaelem Cabedium.*

**H**  
**S**Tirps, genus egregium dedit inclyta, docta Mi-  
neruam  
Iura tibi, linguam gratia, Musa chelum.  
Vtiliter patriæ vixisti, mortuus illi,  
Vtilises natis, post tua fata, tuis.  
Non moritur moriens, qui pignora clara relinquit  
Clara sibi, patriæ non minus illa: suæ ob nulli  
Te natæ coluere duæ, nam ætate trophyæ isidæ  
Illustri in campis maxima iuncta viro est.  
Altera dulce iugum mundanæ nescia vitæ

*Sustinet*

Sustinet hanc refouet religionis amor:  
Proq; fide sacro præbes duo fulmina Marti  
Dissimiles fratres tempore, Marte pares.  
Hic sacri Antistes iuris, sacer aditus aris,  
Et mundum iactis, ingenioque iuusat.  
Alter ius callens augusta negotia curat  
Iustitiae Regi gratus honore suæ.  
Mortuus, in nativis viuis post fata, tibi que  
Longior efficitur, quam data vita fuit,  
Non habet ætatem, sed numinis æmula virtus  
Omnia transcendens sæcula fine caret.

*Aliud de Authore operis Gonçallo Mendez de Vasconcellos.*

**H**ic tibi præcipue, lector, sit cura libellus,  
Quem Vasconelli maxima musa dedit.  
Parnasi flores affert, arcanaque iuris  
Pandit, in accessas pandit & ille vias.  
Si te iurta tenet dominorum Curia forsitan  
Accipe causidici dogmata mille fori:  
Si magis oblectant Gymnasia, disce profundos  
Totius iuris, difficilesque locos.  
Illum doctrinæ studium, virtutis amoremque  
Abiecitq; dudum ambitione tenent:  
Scilicet hoc magno Coimbrica gaudet alumno,  
Nato Octobrix, Ebora ciue suo.

(v.)

DIVERSORVM IVRIS  
ARGUMENTORVM  
LIBER PRIMVS.

Authore D. Gonçalo Mendez de Vasconcelos  
& Cabedo, Canonico Eborense.

SUMMARIUM EX CAPITE PRIMO.

- R Eferuntur argumenta probantia Vicarium Episcopi præferendum esse in ieiunioribus capitulo. 1.  
Contraria opinio approbatur. 2.  
Referuntur argumenta probantia capitulum præferendum esse Vicario. 3.  
Redditur responsio ad argumenta contraria. 4.  
Licet Vicarius faciat vnum tribunal cum Episcopo non propter illi debetur tantus honor, quantus Episcopo debetur, cuin inter eos diuersa ratio reperiatur. 5.  
Maior honor debetur personæ, quam ei qui eam personam representat. 6.  
Appellatione generis veniunt omnes species qualificatae ex verbi significatione, aliquando tamen ex intentione profarentis non veniunt. 7.  
Henricus de synodo 3. p. à n. 10. (qui videbatur contraria assertere) reducitur ad concordiam. 8.  
Canonici Ecclesiarum collegiatarum item Ecclesiarum suffraganearum, item Canonici Ecclesiæ cathedralis, alterius provinciæ, si in synodo adsint, non debent præferri Vicario Episcopi. 9.

CAPUT PRIMUM.



Liquando dubium fuit in hac insigni Ecclesia metropolitana Eborense, dum synodus celebranda foret, an Vicarius præcederet deberet capitulum, an vero

A econ-

# DIVERSORVM IVRIS ARGVM.

ē cōtrario capituloū Vicarium. Consultus in hoc  
dubio, dicebam probari posse Vicarium præferen-  
dum esse tribus fundamētis: primo quia Vicarius  
exerceat iurisdictionē Episcopi, & facit cū eo  
vnum tribunal cap. 2. de consuetudine in e. vnde  
debet iuxta illum sedere, nam cum illius vices ge-  
rat, & quasi in eius locum sit substitutus, eius sapit  
conditionem, iuxta vulgare axioma, quod subro-  
gatus sapit naturam eius, in cuius locum subroga-  
tur l. sic vñ. 10. §. qui iniuriarum .ff. si quis cau-  
tionibus .§. fuerat, inst. de actionibus cūn. vulg.  
cum igitur Vicarius sit in locum Episcopi substi-  
tutus, ac subrogatus, eius conditionem sapit, & ita  
illis, quibus Episcopus præfertur, Vicarius præferē-  
dus est. Secūdo facit quod repræsentans aliquē af-  
ficiēdus est eodem honore, quo erat afficiēdus ille,  
quem ipse repræsentat, cap. præcipiūs 93. distin-  
tione. Adiuncto dicto celebri Roman. in singul.  
340, id clare asserent s, hinc est, quod licet Episco-  
porum maxima sit dignitas, maximus honor, ta-  
men quādo in negotijs fidei concurrunt cū Inqui-  
sitoribus: præferuntur inquisitores cū summū  
Pontif. in ea causa specialiter repræsentēt, quorum  
sunt delegati, Eym. ricus in directorio 3. p. q. 50.  
n. 3. vltra antiquiores Carrer. in pract. crim. tit. de  
hæret. n. 7. Locatus, in judiciali Inquisitorū verb.

In-

## DIVERSORVM IVRIS ARGVM.

retinet, ergo antequam resignatus possessionē beneficij non fuit consequutus non vacauit beneficiū: Respondemus verum esse, non indigere resignantem eo casū noua collatione, si in beneficio remansit, & resignatus non fuit ingressus possessionem beneficij, sed non inde sequitur beneficium non vacasse, verē enim vacauit, quo ad titulum, & possessionem legitimam, vt supra diximus, habet tamen beneficiarius resignans quandam insistentiā coloratam ex reliquijs veteris tituli, & ex tacita nentie superiorum, & partium resonantium, conditione tacita, quo usque resignatus beneficij possessionem ingrediatur, à qua insistentia ipse resignans non intendit recedere, si resignatus non ingrediatur possessionem beneficij: propter quæ, virtute tituli pristini, & continuationis in insistentia beneficij, non censetur titulum perdidisse quo ad illud ne scilicet indigeat noua collatione si resignatus non fuerit ingressus possessionem beneficij vt colliges ex Rebus. in praxi tit. de publicād. resignation. n. 31. Paris. 4. p. cons. 93. à. n. 9. ubi .n. 14. clarè sentit titulum per resignationē extingui, sed postea virtute ipsius, & continuationis in beneficio remansisse quoad illud. Nec aliquem moueat illud quod diximus de conditione resonantium, cum enim illa tacita sit, & sub intellecta non facit resig-

resignationem cōditionalem, l. actus legitimi. 78.  
post principium .ff. de regulis iuris.

19 Et quia nūs aliqui existimēt Rebuffum in cō-  
trarianī inclinasse sententiam quōd scilicet be-  
neficiarius post resignationem acceptatam faciat  
fructus suos, mihi tamen non est probabile virum  
tam probatæ eruditionis, rem iuris principijs con-  
sonam, vel saltem dubiam sine solido fundamento  
tanquam falsam rejicere. Reor sane aliud sensisse:  
nam in concordatis, verbo, Volumus vers. vltimo,  
intelligendus est de fructibus perceptis usque ad re-  
nuntiationem, nam illud apud omnes constat, do-  
ctorem allegātem textum vel alium doctorem in-  
telligendum esse secundum id, quod allegat: Plane  
Rebuf. ubi supra allegat Ioannē Probum (in cap.  
2. de renunt. in 6. n. 31) ad confirmationem suæ cō-  
clusionis: at Ioānes probus clarissimiis verbis afferit,  
renuntiantem solum facere fructus suos usque ad  
renuntiationem, ut intuenti patebit, ergo id solum  
intelligendum est voluisse Rebuffum. Nec obstat  
si replices id nullum habuisse dubium, nemo enim  
nescit ante resignationem renuntiantem beneficiū  
facere fructus suos: Respondemus namq; eam fuisse  
dubitatem, an si aliquis in partibus dicat, Re-  
nuntio, cedo, statim amittat titulum, & possessi-  
onem beneficij, ut colliges ex Ioanne Probo, dicto  
num.

# DIVERSORVM IVRIS ARGVM.

n. 30. in principio, qui omnino est videndus, vnde Rebūf. eandem quæstionem prosequens ait, Secus sit tantum constituerit procuratores ad resignandū quia tunc antequam eidem notificetur resignatio facit fructus suos in conscientia, intellige usque ad tempus renuntiationis admissæ, quia id afferit Prob. quem ipse Rebūf. in hoc casu allegat. In alijs vero locis Rebuffus intelligēdus est loqui, attento stylo illius temporis, in quo omnes renuntiations fiebāt cū clausula, Non aliter, nec alio modo, & à Sūmo Pontifice eodem modo acceptabantur, ut aliâs securè presupponit idem Rebūf. in praxi beneficialit. de resignatione conditionali .n. 17. & de publicandis resignation. n. 33. Nec est mirandū me hoc modo defendere virum grauissimum, & doctissimum Petrum Rebuffum quia sic insignis Nauar. in d. cap. accepta, oppositione 7. n. 7. ait aliquādo defendisse. Rotam de renuntiatione decisione prima in nouis, incipit, licet Reus, dum dicit renuntiatem beneficio, si spolietur, debere restituī, & eodem modo dictam Rotam defendit Antonius Maria vbi supra num. 10. vt igitur existimemus Rebuffum noluisse renuntiantem suo beneficio facere fructus suos post admissam renuntiationem, contra principia iuris, sanè eum intelligimus, vt velit id procedere propter clausulam, Non aliter

nec

nec alio modo, quæ illo tempore & apponi, & accep-  
tari solebat à summis Pontificibus. Vel intel-  
ligendus est Rebuffus velle, talern renuntiantem  
facere quidem fructus suos, sed postea eos debere re-  
stituere vero domino: ut aliâs in alio casu dixit gl.  
verb. non habendam, ibi, quia percipientis sunt in  
leg. ex diuerso ff. de rei vendic. communiiter re-  
cepta à Bart. & alijs, teste Couarruuias lib. i. re-  
solut. cap. 3. num. 6. vers. his sane, Paul. Castrens.  
in leg. si fundum num. 3. prope fin. Cod. de rei vê-  
dicat. Ioannes Garcia Gallecus de expensis cap. 13.  
num. 29. Sic similiter renuntians beneficio, licet  
post renunciationem admissam possit recipere  
fructus, cum id ad qualemqualem possessorem  
pertineat, leg. mala fide Cod. de conditione ex  
lege, intendit Innocent. in cap. dilecti, verb.  
appellauerunt, de maior. & obedient. & contra  
id perturbantem possit resignans intentare in-  
terdictum unde vi cùm prohibeat eum effectum  
maximum possessionis, vt superius diximus, &  
ita succedit regula legis. Vim facit. ij. ff. de vi & vi  
armat. merito asserit Rebuffus ubi supra talern  
renuntiantem debere recipere fructus, sed non ne-  
gat postea restituendos esse fructus vero domino,  
illos scilicet, quos resignans percepit post resig-  
nationem admissam quæ omnia (etiam aduerso  
rumine)

DIVERSORVM IVRIS ARGV M.

flumine) admittenda sunt, ne dicamus Rebūffum  
afferere renuntiantem beneficio debere facere fru-  
ctus suos, contra principia iuris, & Rotam quam  
ipsem in hanc sententiam citauit, in praxi bene-  
ficial. tit. de publicand. resignat. n. 7.

21 In secunda specie proposita quādō scilicet Ca-  
nonicus resignat in fauorenī certæ personæ, nulla  
alia re addita, verbi gratia, renuntiat Canonicus  
beneficiū in fauorem Sempronij, & nihil amplius  
addit. Vel quia Summus Pontifex reiecit condi-  
tionem appositam, modumūc, quod facere potest,  
cūm sit dominus beneficiorum cap. proposuit, 4.  
de præb. Petrus Rebus. in praxi beneficial. tit. de  
resignatione conditionali à .n. 29. quod nunc de  
stylo hodierno videtur fieri, nam summus Pontifex  
in literis beneficialibus narrat renuntiationē fuisse  
liberam & puram (narrationi autem Summi Pó-  
tificis credendum est Clem. vni. de probat.) qui  
stylus forsitan originem habuit ex decisione tex. in  
cap. ex parte, in primo de offic. deleg. ibi, omnino,  
adiūcta gl. eodē verbo, vbi Abb. n. 4. idem Abb.  
in cap. inter .n. 4. de præb. In hac inquam specie  
resignans perdit titulum beneficij, & possessionem,  
ut expressit glo. communiter recepta in cap. inter,  
verbo assignari, de præb. cūm enim hæc renun-  
tiatio non habeat conditionem, modumūc, sed  
*caecus* tantum

tantum intentionem renuntiantis declareret, censemur simplex & pura, & in ea id ipsum dicendum est, quod in renuntiatione pura, & simplici diximus in prima specie. Quod apertissime probat c. vnicū, de rerum permutatione in .6. Clem. vnic. de renuntiatione, adiuncta cōmuni sententia doctorum, qui omnes utroque censent dicta iura esse noui iuris inducitoria, & beneficia eo modo permutata de rigore iuris omnino vacasse, & potuisse liberè cōferri per sumnum Pōtificem, qui motus æquitate nouē per illa iura sanciuit, beneficia illo modo permutata non posse alijs personis conferri, quam permutantibus, nec senceri vacasse, quò ad hūc effectum: ergo ex eisdē iuribus benè colligitur quò ad alios effectus vacasse, nam si permutantes eo modo remanerēt in possessione vera beneficij, non possent beneficia permutata alijs conferri, etiam absque æquitate, & noua constitutione dictorum iurium, cùm non vacarent, iuxta l. secundā §. 1. ff. action. cōmpt. At Summus Pontifex in d. cap. vn. & in d. Clem. vni. vbi concors est doctorum nostrorum sententia, censet ad illud opus fuisse noua constitutione, ergo ante illa iura beneficia permutata quo ad omnes effectus verè vacabant, & ita non poterāt insistentes prædictis beneficijs facere fructus suos, immò eos debebant restituere cùm beneficia illa  
verè

DIVERSORVM IVRIS ARGVM.

verè non possiderent.

25 Ultima species, quam supra proposuimus, est quando canonicus resignás in fauorem certæ personæ illud addit, Nec aliter, nec alio modo, verbi gratia, renuntio beneficiū meum in fauorem Sempronij, nec aliter, nec alio modo, constatque Summum Pontificem renuntiationē cum illa clausula emissam acceptasse: tunc etiam dubium esse potest an resignás si incubat possessioni sui beneficij & illi bona fide inseruiat, fructus beneficij faciat suos ita ut eos restituere non teneatur. Et in hac specie videtur prædictum beneficiariū non facere fructus suos, imo si eos recepit debere restituere.

26 Primò quia illa clausula, non aliter, nec alio modo, &c. nihil magis videtur operari, quāni conferuationem iuris resignantis, ita ut si beneficium non conferatur illi personæ, in cuius fauorem renuntiatio fuit facta, ius penes resignantem remaneat, ut aduertit Quintilianus Mados. in praxi tit. de signatura gratiæ c. de resignationibus vers. item clausula, & non videtur operari quin beneficium statim vacet, si personæ confertur, in cuius fauorem beneficiarius renuntiauit. Si igitur clausula prædicta, nec aliter, nec alio modo, non operatur, quod resignans retineat titulum beneficij post renuntiationem à Summo Pontifice admissam, de

ea

ea dicendum est id, quod in renūtiatione simplici,  
& plura paulò ante diximus.

Secundò facit pro cādem sententia quod clau-  
sula illa, Nec aliter, nec alio modo, inducit modū,  
vel quandam cōditionem resolutoriam, quæ actū  
sub ea gestum minimè suspendit , cap. verum,  
de condition. appositis l. 2. ff. de indiem addictio-  
ne, intendit in terminis Ias. in leg. fin. num. 142.  
Cod. iur. emphyt. dum facit differentiam inter il-  
lam formam, Vendo tibi emphyteusim, saluo iure  
domini directi, & non aliter, nec alio modo, & in-  
ter illam . Vendo tibi emphyteusim si dominodi-  
recto placuerit, agnoscēs planè non esse vtranque  
conditionem suspensiua , & est de mente om-  
nium quos superius citauimus: at actus gestus sub  
conditione non suspensiua, sed resolutoria statim  
sortitur suum effectum d. cap. verum d. l. 2. ergo  
cum prædicta renuntiatio fiat sub conditione non  
suspensiua, sed resolutoria, statim tenuit, & ita be-  
neficiarius amisit titulum & per consequens posses-  
sionem legitimam & necessariam ad acquisitionē  
fructuum. Vnde eos tenebitur restituere, si percepit,  
iuxta ea, quæ supra in renuntiacione simplici, &  
pura resoluimus. Tertiò facit, nam si ista  
cōditio, Nec aliter, nec alio modo, fuisset suspensiua

&amp;

## DIVERSORVM IVRIS ARGVM.

& ita admitteretur à Summo Pontifice, & beneficium resignatum cōferretur, collatio dependeret, & esset in suspenso contra cap. 2. de electione in .6. cōstat enim collationem sortiri naturam resignationis, ita quòd si resignatio est conditionalis, collatio in ea fundata sit etiam conditionalis argumento regulæ .§. fuerat, instit. de action. Quartò vrget pro hac parte, quòd saltem in literis emanantibus in forma gratiosa beneficiarius resignans statim debet perdere beneficium, vbi primum à summo Pontifice facta est collatio resignatario: etenim Summus Pontifex statim confert beneficium, verbi gratia, Sempronio, & ita licet absenti, & ignorantis acquiretur glos. in cap. si tibi absenti, de præb. in .6. verb. habuerit, cùm in hoc casu procurator in curia ratam habeat collationem, & eam accep- tet nomine resignatarij, cùm igitur non possint duo esse quasi domini vnius beneficij argumento I. si ut certo .§. si duobus vehiculum .ff. cōmod. si resignatarius per concessionem in forma gratiosa illicet acquirens titulum habet quasi dominium be neficij, necesse est fateri resignante in illud amississe.

Quintò facit pro eadē parte, quòd aut hæc cōditio, Non aliter, nec alio modo, est suspensiva, aut est resolutoria: si resolutoria est, statim tenuit actus, & ita beneficium illicet vacauit: vt supradiximus,

in

ticulum receptionis testium demandatum impe-  
 dirent. Nec supradictis obstabunt d. cap. proposuit  
 d. c. ad hæc .6. & ibi Abb. n. 2. afferens ex illis iu-  
 ribus probari posse aliquem compelli ad respon-  
 dendum eodem tempore coram diuersis iudicibus  
 in diuersis causis: nam respondemus id tempore il-  
 lorum iurium potuisse fieri si pars non opposuisset  
 exceptionē, vel quia id tūc temporis non erat pro-  
 hibitum, vel postea vetitū fuit per Gregor. 9. in d.  
 cap. fin. de rescriptis, & vberius per Innoc. 4. in d.  
 cap. dispendia, de rescrip. in 6. vel quòd de illis cri-  
 minibus, aut causis cōmodè apud diuersos iudices  
 posset tractari, quo casu id potest fieri Abb. in d. c.  
 fin. n. 13. secundum quem debes intelligere verba  
 in d. cap. ad hæc. Nec dicas hunc intellectū esse di-  
 uinatoriū, nam apud nostros doctores doctrina est  
 notabilis (quam non obliuiscaris ad bonam iuriū  
 intelligentiā) quòd quādo textus non decidit prin-  
 cipaliter vnā rem, semper præmirtēdi sunt termini  
 habiles in illa re, de qua text. principaliter non lo-  
 quitur, argumēto notabilis text. in l. qui testamēto  
 .20. (ibi, Hi enim testes possūt adhiberi, si aliud eos  
 nihil impediat) ff. de test. In hac causa aliquot  
<sup>12</sup> dubia mouebāt, nūc iud. Eccl. nūc curiosi aliqui,  
 quæ referā & cōfutabo, non vt existimem id esse  
 necessariū: cuilibet enim (etsi non docto) responsio

F iiiij      nota

## DIVERSORVM IVRIS ARGVM.

nota erit sed ut huic materiæ plenissimè satisfaciamus primum dicebant. N. delegatum esse excommunicatum ex Bulla Cœnæ domini, in qua repetitur excommunicatio aduersus impedientes iurisdictionem Ecclesiasticam; sed id incivile est, qui nim iurisdictione Ecclesiastica Sedis Apostolice procedit non impedit iurisdictionē Ecclesiasticā argumento l. cœlicolarum Cod. de Iudæis. Imò excommunicatio illa videtur astringere dictos Iudices Ecclesiasticos, & eos qui illis fauorem dederrunt dum ligat omnes qui impediunt mandata Sedis Apostolicæ, vel Nuntiorum eius, vt est expressū in nona clausula Bullæ Cœnæ, & notauit Nau. in Man. latino cap. 27. 3. tom. fol. 329. Idq; multo magis oportebat fieri, nam iurisdiction ordinaria plures ministros habet, & potentes iudices, qui eam possint defendere, non sic iurisdiction delegata, quæ inermis est & parum valida, ideoque necesse fuit vt Summus Pontifex eam quoad fieri possit, illa excommunicatione tueretur. Secundum dubium erat, Auditorem non potuisse delegare cum sit de. 13 legatus ab inferiore, iuxt. cap. cūm causam 62. de appellation. l. fin. ff. de offic. eius, Cui dubio respó demus distinguédo. Nam si Auditorē legati æqui paremus Auditoribus Romanæ Curiæ, ordinariā habet iurisdictionem in procedendo & ita in no-

stro

stro casu poterat subdelegare, cùm ille actus sub delegandi fuisset gestus ante definitiūam sententiā & si de processu, cap. si à subdelegato .14. de offic. deleg. in 6. notat Domin. in cap. dispensia .n.7.de rescriptis in 6. gl. 1. in Clem. Auditor, de rescriptis intendit Abb. in cap.ad præsentiam.n. 3. de appell. Gomes. in cap. 1. n. 79. de rescript. in 6. Vantius de nullitatibus tit. ex defectu iurisdictionis delegatæ .n. 7. si vero Auditor est delegatus absque dubio poterit articulum causæ cum iurisdictione delegare, vt erat ille de quo N. cognoscebat, post Archidiaconum notat Dominic. & Perus. in cap. 2. de offic. deleg. lib. 6. vbi illud addunt, delegatum delegati ad Vniuersitatem causarum vnam & plures causas possè delegare, quia æquiparatur legato pro consulis cap. 2. de offic. legati lib. 6. qui id potest facere gl. in l. legatus ad med. ff. de offic. pro consul. & legat. Domin. & Perusin. in d. cap.2. Alciat. in rub. de offic. ord. n. 21. cum igitur Auditor legati habeat Vniuersitatē causarum, merito vnā, & plures causas poterit delegare. Addo probabilius mihi videri Auditorem habere iurisdictionem ordinariam legati, de qua ind. cap. 2. de offic. legat. aduertit Alciat. vbi supr. & nequaquam esse delegatum, quemadmodum dicimus secundum veritatem & cōmuniorem sententiam, Vicarium non ordi-

D I V E R S O R V M I V R I S A R G V M.

esse delegatum Episcopi, sed habere iurisdictionē ordinariam Episcopi, vt notāt nostri Canonistæ, in rubrica de offic. ord. & de offic. deleg. Legistæ in rub. ff. de offic. eius, vltra alios gl. 1, in cap. Romana de appell. in 6. Andr. Alciat. in rubricam de offic. ordin. n. 23. Couar. lib. 3. resol. cap. 20. n. 4.

17 Tertium dubium est, delegatum inferioris, id est Auditoris delegati non posse punire resistentes, qui non subsunt potestati primi delegantis, hoc est Auditoris, vt notat Abb. in cap. significasti .n. 5. de offic. deleg., ad id respondeo Serenissimū principem Albertū huius regni Lusitaniæ legatum de Latere habere iurisd. Ecclesiasticam super omnes cùm totius prouinciæ legatus sit, cap. 1. de offic. legat. cap. 2. eodem tit. lib. 6. & per consequens Auditorē qui 18 eius iurisd. exercet, & licet Abb. vbi proximè existimet delegatū non posse punire sibi resistētes nisi sint subiecti primo deleganti, tamē id non videtur verū: quilibet enim delegatus potest punire sibi resistentes, cuiuscumque iurisdictionis illi sint, eam enim iurisdictionem habent à lege, non à primo delegāte, cùm, causa delegata alicui, censeantur illi omnia concessa. sine quibus eius iurisdicō expli- cari non potest, & ita coertio in resistētes, & impe- dientes iurisd. iuxta regul. cap. præterea, de offic. deleg. l. 2. ff. iurisd. omn. iud. l. fin. ff. de offic. eius

dum

sil. 10

dum probant cōmissa causa censeri omnia cōmissa sine quibus illa explicari non potest, & mandata iurisd. coertionem censeri demandatā, vt tradit Lusitanus Gaspar Vaz, qui in Patauina Academia frouit tēpore Regis Eman. in l. imperiū, mihi fol. 18. vers. vlt. pro cōplemento materiæ .ff. iurisd. omn. iud. Planè nō potest vlo modo, vel saltē cōmodè explicari causa, nec iurisd. deleg. si non possit punire quoscunq; resistētes, illusoria enim esset eius iurisd. l. fin. ff. de off. eius, à lege cēsetur ad id data potestas ut supradiximus & ita cōtra Abb. melius aduertit Dec. in d. c. significasti, n. 3. vers. sed aduertēdū est.

19 Ex quibus omnibus infertur perperam fecisse excommunicatos ab N. delegato, qui post declaratiōnem publicē sacra fecerunt, ius publicē partibus reddiderunt, & publicē cōmunicatūt, cùm ritē aduersus eos processerit, & appellationes friuolæ fuissent à delegato. N. iudicatæ, licet enim magis præsumatur pro appellatione, quām præsentia ad hoc vt si quis fuerit excommunicatus, pendente appellatione, de qua bona fide confidit, possit se gerere pro mon excommunicato cap. dilectis, de appellat. Innocent. in cap. bonæ memoriæ, de appellat. Nauar. in d. cap. cùm contingat, remed. 3. vers. secūda decisio. id tamen duobus modis, meo iudicio, limitandum est; primo vt non procedat quando

## DIVERSORVM IVRIS ARGV M.

quando notoria est iustitia sententiæ , à qua fuit appellatum, vel id est dubium, Cardin. in clem. i. n. 13. de sententia excom. Ab. in cap. pastoralis .n. 12. de appellat. intedit Nauar. vbi proximè ad fin.

Secundò vt non procedat quando iudex , à quo, pronūtiauit appellationem esse friuolam , quia tūc cùm magis præsumatur pro Iudice , cap. in præsen-  
tia, de renūtiatione pars, iam non potest confidere  
securè de appellatione & ita abstinere debet , cùm  
igitur N. delegatus pronuntiauerit appellationem  
esse friuolam, tenebantur iudices Ecclesiastici infe-  
riores abstinere. Insuper in alia re Iudices prædicti  
errasse videntur dum scilicet statim post declara-  
tionem publicè communicarunt, licet enim excō  
municatio fuisset nulla. (cum tamen nullitas non  
fuisset notoria) oportebat illos publicè denuntiare  
eiūs nullitatem, vt post Paludan. & alios tenet in-  
signis Nau. in d. cap. cum contingat, remed. 3.  
vers. quintò facit, cùm igitur id non fecerint graui-  
ter errarunt, & scandalum pusillis præbuerūt, quod  
maximiè vitandum est cap. nihil, de præscrip. cap.  
.i. de noui operis enuntiatione, præsertim hoc té-  
pore, quo circū septi hæresum mōstris in magno pe-  
riculo ònes catholici versamur. Non abs re alicui  
videbitur ( siquidem huc vsque de sacerdote Reo  
incarcerato egimus ) breuiter admonere in fine  
obitusp huius

huius capituli, non esse iuri, aut rationi consonum  
id, quod aliqui Iudices Ecclesiastici faciunt dum  
sacerdotes, aliosue clericos pro leuissimis culpis in  
carcerem conjiciunt. Nam concilium Tridentinum  
de reformatione sessione 25. cap. 14. constituit cle-  
ricum coniunctum de criminis incontinentiae, primò  
tertiam partem reddituum beneficij amittere; se-  
cundò à beneficio esse suspendendum; Tertio tan-  
dem eo priuandum esse: at in fine subdit (clericis  
vero qui non habent beneficia carceris poena, &  
alijs poenis puniendos; quæ in iure canonico sunt  
præscriptæ) plane significans clericos habentes be-  
neficia pro criminis incontinentiae non esse in car-  
cerem conjiciendos ante sententiam, yt patet per  
argumentum à cōtrario sensu, quod in nostro iure  
validum est l. 1. ff. de offic. eius: id etiam declarando  
dictum concilium Tridentinum, disponit cōstitu-  
tio huius Eborēsis Archiepiscopatus tit. 16. à prin-  
cipio quod rationi maximè conuenit, licet enim  
quādo de similibus criminibus clerici accusantur  
notorium sit eos aliquam infamiam incurrere pu-  
blicè cùm in iudicio accusatio instituatur, argu-  
mento cap. fin. & ibi not. de cohabitatione cle-  
ricor. & mulier. tamen multò magis ea criminis  
publica fiunt si clerici in carcerem conjiciantur cū  
magno populi scandalo & summo clericalis dig-  
nitatis

## DIVERSORVM IURIS ARGVM.

nitatibus dedecore subtrahuntur Ecclesijs diuina officia, ipsis miseriis clericis alimonia, quam ex beneficij redditibus, & sacris celebratis saepe saepius sibi comparant; quinimo & iuri communi consonant ea, quae concil. Trident. & constitutio Archiepiscopatus disponunt: tradit Bernardus diaz. 3. in pract. cap. 6. n. 7. & ibi Salzedo: etenim cum carcer iure Canonic, & ciuili regulariter non sit inuentus ad poenam, sed ad custodiam, h. aut damnum. 8. in ordine. §. solet l. mandatis. 35. ff. de poenis, adiuncto cap. 1. de nou. oper. nuntiatione, per iniuum est clericum in carcere conjicere pro criminis, quo probatur nullam poenam corporalem, sed solum fructuum beneficij sustinere debere, ideoq; Summus Pontifex in cap. clericos, de sententia excom. in. 6. constituit, clericos non esse in carcere conjicendos nisi excessus enormitas, vel alia causa rationabilis eos suaserit detinendos, intendit concil. Trident. de reformat. sess. 25. cap. 6. ibi, In criminibus tamen ex incontinentia prouenientibus, de qua in decreto de coconubinarijs, & in atrocioribus delictis depositionem aut degradationem requirentibus ubi defuga timetur, ne iudicium eludatur, & ideo opus sit personali detentione possit initio solus Episcopus &c. nec obstat cap. tuæ. 6. de poenis, cap. quanuis. 3. eodem tit. lib. 6. Trident. ubi supra cap. 14. ibi carceris

carceris poena in quibus iuribus carcer in poenam imponitur: Respondeamus enim id aliquando fieri post sententiam latam, in qua Reus condēnatur, in crimen gravissimo, quod grauem poenam merebatur; intendit Segura in director. Iudicium Eccl. 2. parte cap. 13. n. 4. nam cum Ecclesia plena mansuetudine (quam praelati, & eius ministri militari debent) non imponat poenam mortis. cap. p. 13. 51. distinctione cap. sententiā sanguinis, ne clericī vel Monach. Innoc. recept. in c. qualiter, & quādo in 2. de accusat. nec ad metallum, vel trinemes soleat frequenter condēhare; ne criminis penitus maneat impunita poenam carceris in aliquis criminibus gravissimis induxit, vel ybialis poena comodè non potest imponi, de qua re non agimus, solum enim de capture Rei disserimus antequam de delicto plenè constet, in qua specie regula est certissima, non debere aliquem in carcere conjici pro delicto pro quo non venit imponenda peccata corporalis si fidei iustores dederit, vel facultates idoneas in loco possederit, iuxt. l. 1. ff. cust. reor. vbi notat Bar. & doctores communiter, & in praet. obsecrari colliges ex Bosis. in praet. criminal. tit. de carcerato fidei iustoribus committendo, Iulio Claro in praet. crimin. q. 46. n. 7. intendit Abb. in cap. legebatur n. 1. de maior. & obed. vbi ait, quod iniuria fit ei cuius

DIVERSORVM IVRIS AR GVM.

firmavit, idque tantum eiusdem libertatis fauore,  
tex. in l. nec enim 14. §. fin. cum l. sequenti .ff. de  
militar. testam. secundum quod videntur maximè  
quadrare illa verba d. l. precibus ibi, ex iusta causa  
fideicommissi, quasi significet causam iustam esse,  
quæ militis voluntatem tueatur. Quem intelle-  
ctum vltra antiquiores, quos refert, præstat Couar.  
in d. cap. Raynutius .§. 9. ad fin. Costa( qui his  
fundamentis hunc intellectum approbat) vbi supra  
17 verb. interdum num. 84. Cæterum hic intellectus  
diēt. l. precibus, nequaquam recipiendusest, in pri-  
mis enim aduerto ut supra tetigimus, & si militum  
voluntates iura proclament esse ad vnguem con-  
seruandas, attamen quando ignoratur an ea sit, vo-  
luntas militis, tunc nullum habere priuilegium,  
sed militis & Pagini eandem esse rationem, tex. e-  
legans ad hoc in l. Lucius Titius, ibi, legitimis pro-  
bationibus ostendatur .ff. de militar. testam. tex.  
in leg. si duobus 38. ibi nisi hæc voluntas defun-  
cti probata fuerit .ff. eodem. Plane in hac specie  
quando agimus an compendiosa ad fideicommis-  
sariam trahatur, in hoc hæsitamus, an voluntas dis-  
ponentis fuerit, vt si substitutio intra pupillarem  
ætatem subsistere nequeat, postea per fideicom-  
missum ad substitutum hæreditas pertineat, quod  
si constet de voluntate tam in Pagano, quam in  
milite

milite dicendum est substitutionem directam in dubio ad fideicommissariam trahi, nulla habita differētia, ut supra tetigimus, quantūcunq; secure contrarium senserit Cost. ubi proximè, cuius sententia tunc vera est, quando constiterit Paganum velle directè substituere solum, nam paganus id non potest facere, miles verò potest iuxta notata in tertio præmisso. Secundò contra eundem intellectum considero quod Imperatores nullam intentionem fecerūt priuilegij militaris, imò ille textus collocatus est sub tit. Cod. de impub. & alijs substit. in quo non de substitutionibus contra regulas iuris ciuilis tractatur, sed de his, quæ secūdum illas procedunt, præsertim quòd in dubio semper interpretari debeamus dispositiones potius iure cōmuni procedere, quam speciali militum priuilegio, ut probat tex. in l. in testamēto 6. in 1. Cod. de testam. & tanquā receptū tradit Couar. in d. cap. Raynut. §. 9. n. 13. ad fin. Insuper probabile est, quòd si Imperatores d. l. precibus, intelligerent in specie quā proposuerunt militis priuilegium obtainere, id declararent cùm potissima ratio esset suæ decisionis, & fuisset res scitu digna, argumento l. item .§. ait 18 prætor vers. ea enim ff. de iniur. Quapropter verius intellectus ex nostris principijs deducitur. Diximus supra compendiosam substitutionem factam

I iiii quibus

## DIVERSORVM IVRIS ARGVM.

quibuscunque verbis, quæ iure directæ pupillaris non potuit valere, ad obliquam non trahi, nisi contrarium de voluntate disponentis constet, sed in spe cie d. l. precibus, constabat, ergo optimè Cæsares Augusti responderūt ex iusta causa fideicommisi hæc bona ad substitutos debere pertinere. Consequentia in forma est. Maior probata est in conclusione: minor patet ex tex. in d. l. precibus, quia in illo secundò casu, cui Cæsares respondent, inquit, ante decimum quartū annum, vel postea deceserit, substituit, planè iam clarissimè constabat militem voluisse ut hæreditas ad substitutos quoquo modo post decimum quartum annum pertineret, quod cum absque ullo privilegio militari posset fieri, nempe per fideicommissum, ut supra probauimus, merito Cæsares responderunt, ex iuxta causa fideicommisi illa bona ad substitutos pertinere, id est legitima, iuxta notata in rubricam de testam. super verb. sententia iusta, in definitione testamenti posita de qua in l. i. ff. de testam.

## SUMMARIUM EX CAP. SE Q:

**R** Elicito legato à testatore ad maritandas virgines Eborenses potest legatum conferri virginī territorij Eborensis vulgo do termo.

Patria non solum appellatur ille locus, in quo aliquis nascitur,

sed & eius territorium.

Adducitur lex, qui in vico .ff. ad Municipal.

Primlegia concessa ciuibus censemur (nisi aliud repugnet) con-  
cessa ciuitatenibus secundum Bart. quē multi reprobat.

Quando est materia multum fauorabilis opinio prædicta Bar-  
tolii verior est.

## CAPUT OCTAVUM.



Vm aliquis in suo testamento re-  
liquisset legatum ad maritandas  
virgines Eborenses, quærebatur  
an executor testamentarius pos-  
set dotem cōferre virginī non na-  
tæ in ciuitate Eborenſi, sed in ter-  
ritorio ipſius ciuitatis, vulgo no Termo. Respondi  
posse executorem testamentariorum dotem conferre  
virgini territorij Eborensis. Primo quia cū ex  
mēte testatoris apparet, quod voluerit dotare vir-  
gines Patriæ vulgo de sua terra, vt in specie propo-  
fita apparet, non solum videtur velle vt Patria sit  
ciuitas, quæ solo mūrorum ambitu continetur, sed  
eam quam homines communiter Patriam vocant  
iuxta l. cum pater. §. hæreditatem .ff. de leg. 2. at  
homines non solum appellant Patriam locum in  
quo nascuntur, sed illum in cuius territorio nascū-  
tur, ergo appellatione Patriæ intelligendum est to-  
tus territorij ambitus. Secundo facit pro cādem  
senten-

## DIVER SORVM IVRIS ARGVM.

„ sententia l. qui ex vico ortus est, eam Patriam intel-  
ligitur habere, cui Reipub. vicus ille respondet ff.  
4 ad Municipal. & ibi Accurt. Tertio quod om-  
nes immunitates, honores, & priuilegia ( secundum  
opinionē Bartoli in consilio 96 & in l. 2. ff. de verb.  
significatione ) quæ conceduntur ciuibus censem-  
tur concessa ciuitatensibus, quia scilicet exconie-  
eturata mente disponentis appellatione ciuium ve-  
niunt ciuitatēs, igitur idem dicendum est in no-  
stra specie, cum in testamentis voluntas maximē  
spectetur iuxta l. in conditionibus, ff. de condit. &  
demonstrat Auth. de nuptijs .§. disponat collati-  
5 one 4. Et licet prædicta Bartoli opinio vbi supra nō  
approbetur cōmuniter, cū aduersuseam aliquaiura  
ponderentur, vt videre est per Ludouicum Teixeir-  
am Lusitanum, qui apud nos olim in magnis ma-  
gistratibus constitutus floruit, in l. 2. col. 4. ff. de  
reb. dub. tamen eadem opinio Bartoli absque du-  
bio recipienda est quando natura priuilegij, vel ali-  
quid aliud non repugnat, vt ciuitatenses compre-  
hendant, & materia priuilegij est nimis fauorabilis  
tunc enim his concurrentibus, quidquid ciuibus  
tribuitur, censetur attributum ciuitatensibus, cum  
igitur hæc de qua agimus sit multum fauorabilis  
vt pote, quæ beneficium & eleemosynam continet  
iuxta cap. dilecti, de donat. meritò testator qui de

Eboren-

LIBER PRIMVS.

Eborensibus loquitur, intelligendus est sensisse etiam de his, qui in territorio, hoc est, no Termo, oriuntur, ut alias intendit Abb. in cap. Rodulfus, n. 6. de rescrip. Alex. de Imol. in l. i. n. 13. ff. sol. matrimon., & facit pro hac parte Ord. lib. i. tit. 21. in princ.

**SYMMARIVM EX CAP. SEQ:**

**I**N aliquibus Ecclesijs cathedralibus Lusitaniae debent consentire omnes canonici, ut donatio fiat. 1.  
In alijs Ecclesijs cathedralibus sufficit maior pars canonicorum, & ita fit in hac insigni Ecclesia Metropolitana Eborensi. 2.  
Declaratur statutum eiusdem Ecclesiae Eborensis. 3.  
Iuri magis consonat maiorem partem capituli sufficere in donationibus. 4.

Donatio remuneratoria in distincte potest fieri à capitulo. 5.  
Donationem remuneratoriam non esse veram donationem multi existimant, quorum fundamenta referuntur. 6.  
Contraria sententia cum fundamentis traditur. 7.  
Assignatur notabilis concordia inter utramque opinionem. 8.  
Nemo ad antidora obligatur, nisi in eodem, vel simili genere accepti. 9.

Si beneficium pecunia estimabile refertur in pecunia, vel re simili non est donatio, secus si beneficium non estimabile pecunia refertur in pecunia vel re simili. 10.

Capitulum remunerans beneficium pecunia estimabile in pecunia, vel re simili non donat vere, & ita absque dubio id poterit facere. 11.

Capi-

## DIVERSORVM IURIS ARGUMENT.

- Capitulum remanentia beneficium non pecunia estimabile,  
in pecunia, vel summi re donat, & ita non poterit id facere ca-  
su, quo donare non potest. 12.
- Capitulum non potest donare distributiones. 13.
- Si absque fraude & villa machinatione capitulum cum causa  
donet aliquid de communibus redditibus, valida erit do-  
natio. 14.
- Capitulum ratione Eleemosynæ poterit canonico absenti do-  
nare distributiones. 15.
- Refertur statutū quoddā notabile huius Ecclesie Eborēsis. 16.
- Licet regula sit quod non interessens diuinis, non lucratur  
distributiones, tamen illa regula habet aliquas exceptiones  
inter quas illa una est, quod incarceratus sine sua culpa eas  
lucratur. 17.
- Consuetudine in Ecclesia Eborensi introductum est, ne repe-  
tantur distributiones quotidianæ semel concessæ benefici-  
ariis, qui incarcerati fuerunt, licet postea appareat eos ha-  
bere culpam. 18.
- Duo dubia proponuntur examinanda. 19.
- Ad percipiendas distributiones quotidianas requiritur euidens  
utilitas Ecclesie, nec sufficiet qualisqualis. 20.
- Potest Legatus per statutum constitutum modificare ius cōmu-  
ne, non tamen omnino illud tollere poterit. 21.

## CAPUT, NON V.

I



N ea re solent aliquando contro-  
uersiae excitari apud canonicos, an  
capitulum possit donare fructus  
canonico, vel alij beneficiato? In  
quo articulo primò aduertendum  
est, in iure nostro non satis esse expeditum an ma-  
ior pars, an verò omnes canonici & singuli debeat  
conse-

consentire, quando tractatur de donanda re alicui. Sunt enim qui existiment in praedicta specie, singulari vota dirigenda esse, eaque praecepsè requirant, si alioquin sensus solus fabam unigram (modus donandi in capitulis y sitatissimus) injiciat nihil donationi censemur, idque deducunt ex regulis, quod omnes, de reg. iur. iiii. l. in cōcedendo. s. f. dñi aqua pluvia accēd. l. Sabinius 28. f. communī diuīdendo. Etenim quando aliquid singulis competit ut singulis, debent ipsi singuli in ea re cōsentire, ne sine suo facto sua rēs sibi subtrahatur. l. id quod nostrum. f. de regul. iur. & ob hanc rationem in quibusdam Ecclesijs cathedralibus huius regni Lusitanici obtemptum est, quod in qualibet donatione facta in capitulo (vulgō em fazer grāça) omnium canonico-rum consensus requiratur, alias si viuis solūm desicit, gratiam non sit, & donatione nulla est. Contrariū tamē in alijs Ecclesijs cathedralibus obseruantur, ut in hac insigni & praeclara Ecclesia metropolita-va Eborensi, in qua id ex maiori parte canonicotū dep̄det, si erit major pars cōset donandum esse aliquid, id sit; idque deduci videtur ex regulante x. in cap. ii. de his quæ sunt à maiori parte capituli, cap. viii. eodem titulo d. l. quod major. f. ad municipalib. iure consultus cēset in communitatibus id cēseri ab omnibus factū, quod à maiori parte sit.

Suadetur

**3** Suadetur id ipsum ratione non inefficaci deducta  
 à quodam statuto huius Ecclesiæ Eborensis, quod  
 habet non posse canonicos donare distributiones,  
 nisi postquam assignatae fuerint singulis præbēdis:  
 sensit enim conditor illius statuti, ante illam assignationem non posse prædictas distributiones dici  
 singulorū, nec priuatorum, sed omnium in communi: cùm igitur ante diuisionem factam, & illam assignationem, distributiones non cèleantur,  
 singulorum, sed omnium in communi ex mente statuta condentis ad donandas distributiones ante assignationem, vel diuisionem non requiruntur  
 vota singulorum, sed maioris partis; de his enim quæ in communi possidet canonici possunt ipsis disponere per viam communitatis: cùm igitur in communitate illud dicatur ab omnibus fieri, quod à maiori parte fit, merito in illis maior pars sufficit,  
 non sic postquam redditus sunt assignati præbendis, quia tunc non in communi nec per viam communitatis, sed iure proprio possidentur, ideoque ut de illis iam tunc disponatur singulorum requiritur consensus iuxta dict. leg. in concedendo .ff.  
 de aqua pluvia arcend. dict. leg. Sabinus .ff. communi dividendo. Propter hæc existimarem magis  
**4** iuri consonam esse praxim illarum Ecclesiarum,  
 secundum quam in his donationibus maior pars

cano-

aquarum, aliis, innumeris præterea hortis, pomarijs, Syluis  
vineis vndeque cinctum.

Ager autem altissimis montibus clauditur, in quorum ver-  
tice Palmella conspicitur, oppidum haud contemnendum,  
quo à copia mellis Polymellam olim dictum fuisse suspicor.  
Horum montium aspectus lauissimus est & maris prospexit  
æquiparari potest: distant enim à muris sex tantummo. io pas-  
sum millibus: multis villarum ædificijs, & amoenissimis hor-  
tis, fontiumq; multitudine nobiles, præterea pinetis atq; alijs  
arboribus consistit. Arbuti etiam genus quoddam passim pro-  
ducunt, ex quo coccus colligitur ad tingendam purpuram.  
Ementensis, quem Plinius laudat, non inferior. Vnde non me  
diocro luxurians tenuis oribus obuenire solet.

Caeduntur etiam in omnibus illius promontorij iugis la-  
pides, quos vulgus propter admirabilem pulchritudinem co-  
lorumq; varietatem, laspides appellat, ex quibus muri ipsius  
urbis maiori ex parte constant: quorum ambitus quadrata for-  
ma, tria ferè passuum peripheria amplectitur, præter duo suburbia,  
in quibus non exigua hominum multitudo degit.

Vrbis ædificia tam urbana, quam suburbanæ pulchra; ad  
solida structura constant, inter quæ multæ sunt potentiorum  
ædes magnifice extructæ: sed peculiari quoiam splendore  
emines nobilis, & antiqua Cabediorum domus, versus septen-  
trionem, iuxta urbis murum, & in ipsis moebris sumptuose  
ædificata.

In hac domo natus est Michael Cabadius, anno salutis mil-  
lesimo quingentisimo vigesimo quinto. Patrem habuit Ge-  
orgium Cabedijum virum nobilissimum filium Jacobi Cabe-  
dij, ex nobilissima Quebediorum familiâ.  
Materem vero Terasiam Pinariam, sororem clarissimi  
vici Condigalui Pinarij Episcopi Visentis, matronam omni-  
num virtutum genere ornatam, sub cuius tutela mansit, cum  
patrem amississet annos natus plus minus decem.

Literas humaniores discere coepit Olyssipone, quæ Cen-  
tohina distat viginti quatuor passuum millibus, id est sex no-  
stantibus leucis, quæ quadrant cum numero ab Antonino af-  
signato. Cum

Cum vero annis ageret decimam tertiam vni messem,  
cum Iohannes Pinario fratres suos (qui postea dicitur Dominici regi  
lusionem) ingressus, cum magnus theologus esset, missus ad  
Concilium Tridentinum a Rege Sebastiano Roche obiit. In  
Galliam ab amunculo accersitus, Bayonam Aquitaniæ urbem,  
& deinde Burdigalam peruenit ubi biennij spatio in politiori  
ribus literis multum profecit. Postea vero in Academia Tho-  
loiana Iohannes Corallum, Ferdinandum Berengarium, Fe-  
terum, Moniabracum, & complures alios insignes viri que  
iuris interpres summo studio coluit, quibus ob ingenij acu-  
menj & morum probitatem, charus, & gratus, in primis exalt-  
eruntur.

Deinde in Lusitaniam reversus anno millesimo quin-  
gentisimo quadragesimo secundo, Coimbræ, Antonium  
Sozium Olysiponensem, & Martinum Azpilcueta Na-  
varrum, & nonnullos alios Pontificij, & civilis iuris profes-  
sores diligenter audiuit.

Cumque iterum in Galliam rediisset Aurelianensem At-  
cademiam, ac deinde celebre illud Parisiense omnium sci-  
entiarum comitulum adiit: ibi quem vigetimus secundum  
etatis annum yxattigisset comediam primum Aristophanis,  
quæ Plutus inscribitur, è græca in latinam linguam ele-  
ganter conuerstam, in lucem edidit, autunculo nuncupatam,  
qui cōtempore apud Francicum Galorum Regem legatione  
fungebatur. Sed quia alibi hac de re diffusius, hic iam solus  
attingere contenti, ad ea properabimus, quæ gessit in mag-  
istris, oceundis, quos tere omnes gradatim ac summa  
cum omnium bonorum propensione, & applausu consequen-  
tus est.

Primumigitur ad senatoriom dignitatem admissis in  
suprema illa curia, quæ Supplicationis valde dicitur, magnitudine  
apud omnes integratissimæ, & doctrinæ famam habere comparavit.  
Neconuero post erminium Auditor ut vocant) creatus, in erga-  
dibh animi moderatione, & æquitate munus illud, & reliqua  
opera, quæ gessit adhuc straret.

Pernotus itaque serenissimus Rex Sebastianus eius vir-  
tutum, & eruditissimæ famæ, cuius per diuersas Lusitanias prouin-

etiam certum Senatorum numerum cum supra potestate mittere decreuisset, illum honoris fidentissimo munere ornatum ad Cistaganam regionem delegauit, cui praeerat Petrus a Cingna vir summo loco natus, quo post paucos menses a Rege, ad quendam bellum munia subeunda reuocato, ipse in eius locum suffectus est, & praesidis officium suscepit, in quo ita se gessit, ut purgata maleficiis hominibus provincia, & optimè ubique ordinato reipublicæ statu, maximā decus & celebrem nominis famam sine reportauerit.

Mox verò cum Regi visum è Republica fuisset, tres gravissimos viros ex Senatorio ordine, Olyssipponensi ciuitati gubernantiae præficere, ipse inter primos nominatus est, qui ad eum triminutum assumetur: in quo munere tanta nominis celebritate floruit, ut audit obitus eius nuntio, populus Olyssiponensis illum publicè iugeneret, ut communem paratem, & egregium libertatis suæ defensorem.

Idque mihi Christophorus Tauoræ vir nobilissimus, qui rūc gratia apud Regem plurimū poterat, se vidisse narravit, cum me o's conceptum ex illius obitum moerorem consolaretur. Quin etiam cum post luctus tempus, ipse Regem adiisset, deque eius meritis verba facerem, benignissimus Princeps vix lacrymas comprimens, & ingemiscēs, in eius laudes prorupit.

Quod etiam mihi contigit apud piissimam, atque sapientissimam Reginam Catharinam Regis unam, & apud Henricum Cardinalem, qui Sebastiano in regno succedit, & apud reliquos principes. Omnes enim illum ut virum pium, & optimè de Republica meritum, præterea singulari eruditione præditum, & vehementer amabant, & tam integra adhuc atate e vita decedere agrē ferebant.

Nam quinquagesimum secundum annum agebat, cùm graui morbo correptus, intra paucos dies obiit, compositis prius cunctis rebus, tam quæ ad animi salutem, cuius illi semper præcipua cura fuit, quam ad sepulturæ locum, liberorumq; tutelam, & honorum successionem pertinebant. Quæ omnia aliquot annis antea, in tabulas testamenti redacta, occulteque semper apud se asseruata reliquit.

Tam manifesta autem signa pietatis dedit, usque ad ultimum

sum yitx spiritu, vt & religiosi, qui aderant, & reliqui amici, qui funeri interfuerunt, magnopere illius animi constantiam admirarentur.

Obiit Olyssipone mense Aprilis anno millesimo quatuorcentesimo, septuagesimo septimo, in ea urbi, regione, vbi arx editissima sita est. Corpus suum in vicina sanctae Crucis Ecclesia depositi voluit, unde postea Cetobricam translatum & in sepulchro aucto collatum fuit, in celebri & magnifico sacratissimæ Virginis Mariæ templo in capella maiori in cuius parochia domus Cabedia sita est.

Vxorem unicam habuit Leonoram Pinariam de Vasconcellos, sutoriem meam, consanguineam hanc, ex qua septem liberos superstites reliquit, quinque videlicet filios, & duas filias.

Ex filijs natu maximus Georgius Cabedius de Vasconcellos, varijs amoris, & pietatis argumentis, erga Patris meorum etatis, tam in eius exequijs procurandis, quam in ultrafringendo corpore, & legatis adimplentis, eandem rei huius pietatem erga matrem, & reliqujs fratres exercens, thagmam apud omnes virtutis, & probitatis famam consequitus est: ac ipsa terrena vestigia ingressus, in Senatoris munere obeyundo atque alijs arduis negotijs ab invictissimo Rege nostro, Philippo, & a serenissimo Principe Alberto, ipsius fidei comitibus, conuolum summae integritatis, & doctrinae laude versatur, anno Dagès etatis quadragessimum quartum.

Superest ut de eius scriptis, deque studiorum ratione alio quid dicamus. Et quod ad iuris civilis disciplinam attinet, multa scribere, & in licem edere potuisset, nisi persuasum haberet, parum ex ea re utilitatis reipublice prouenire, propter innumerablem prope librorum copiam, ex quibus tantum abest, ut aliqua lux legum obscuritati afferatur ut potius maiores in dies ex illis tenebras, atque ambages oriri videamus: Ut non in merito Imperator Iustinianus celebrissimo vetuerit editio, ne quis in posterum commentarios in ius civile scriberet auderet, idque etiam Summis Pontificibus cura fuit: sed auida hominum mens ad ea semper audienda, quæ verita & prohibita sibi, aut in dignatur, aut dolet, effecit ut hodie collidentibus

se in uicem doctorum opiniis opibus difficultissimum est, quicquam  
eius in iure auctoritate invenire posse; aut si qui rap-  
te, sed numero proualeat. His ergo rationibus adhuc usque cum  
placuisse, et libet sacerdoti sufficiat diligenter obseruari, que  
actus, & copiose interpretari potuerit, omnino non ab eiscri-  
ptione abitis ne deinceps audirent in modum eugno.

Si autem tunc  
ad anniversarium apparet ad ea tantum conscribenda, quibus  
bus & maioribus studia remittere, & cum iniis in gratiam redire  
posset, quae mealtari solebat, cum aliquet negotius aliquid tem-  
poris supererat, vel cum iter faceret, aut alii electi in aquam  
enim, nichil erat utiosus, quoniam dum ocium in actus fuerat.

Hoc ser. p[ro]p[ter]e libenter heretica eorum, quibus horum principis  
epitaphio quoniam deinde Sebastianus Regius denec illuc opus celebravit:  
cum vero idem Rex vigesimum tertium aetatis annos  
ageret, ac eis natali die ciuitas Olysiensis publicum vo-  
tum pro eius incolinitate suscepit, splendens supplicatione  
excolisset, ipse prohunc modo sibi puperes (nam triuim patrum  
gerebat) no[n] erat in Regem, & in ciues laudes propo[n]itissimos  
compluimus, et ciuitatem peculiari quoque amoris, & oblationis  
argumento cumulari cupiens, poemam illud composuit, quod  
intervicitur (voca vigesima tercia) idque paucis horis, & quasi  
ex tempore, ut ciuitatis nomine pro natum manere regis  
offerri posset, & ibi antiqui ossuaria agitur, omnia in se  
regi. Circumsternit solum, & insignia gentilitia signa australis, duo  
elogia scripta gerebat, alterum in grece, quod ad verbum sic ha-  
bit, h[ab]eo speculum pro progenitor[um] in tripotteris suis relique-  
riat, horum & virtutis ergo & felicitatis in hunc modum,  
Gloria aperta, tenuoq[ue] nunc conscienti exposita. Coluta  
100. Gracis licet inq[ui]s in ciuitate operam in tempore impedit, quia quia  
bus adeo profectus, circu[m]latus exiit. Sed quālibet inscalle-  
ret, & fœliciter in me plausim ascerat. Gracis auctoribus in ati homi  
fermantem concretaeque, quae ipsius utere iniuncte curant.  
Villas suis, & sedes morticulis & uliginosis inscriptionibus de-  
corante, statim, ut in portis, ut in interioribus, hoc ni amper, obli-  
sum. Prudentia fuit singulari, oleum in matenac, peractu dinge-  
nus, acce iusticio, & sup[er]eminentibus aq[ue]res diffinies, & obscuras  
in antiquorum libris peruersigatis, valde propinquus.

Opera

Opera Sidonij, Apollinaris, quæ librariorum incuria penitus corrupta, ac deprauata circumferuntur, na&to Parisijs, in bibliotheca Victoriiana, codice manucripto, restituere conatus est. Nec minorem diligentiam adhibuit in elucidandis varijs veterum authorum locis difficultioribus. Statura fuit nec breui, nec nimis procera, flavo capillo, hilari vultu, sed innata quadam grauitate decoro, & cuius alpe&tum, tam domestici, quam extranei non minus amabant, quam reuerebantur.

FINIS.

Clarissimi viri Michaelis Cabedij Epitaphium,  
per Ignacium de Moraes.

**O**ssa Michaelis sunt h̄ic tumulata Cabedi  
Quem legum, & iuris docta caterua gemit.  
Florentem studijs, genere, haud ætate labantem  
Mors tulit: humanis inuidiosa bonis  
Causarum iudex, inter quos regia honorat  
Curia, præclarum nomen adeptus erat.  
Cingebat gemina (quod rarum est) tempora lauro  
Inque forum Phœbum, Castalidasque tulit.  
Gloria sed maior morum est, & vita probata  
Quæ nunquam à recto deuia iure fuit.  
Ergo cadauer humo requiescit, ad astra volauit  
Mens iusta, & iusti iudicis ora videt.

FINIS.




Opere S. Ignatii Abollentis dux diligentissimam uocem suam  
in litteris collationib; eccl; qd; p; h; s; n; a; c; i; t; o; n; e; b; a; g; o; f; r; u; i; l; i; o;  
p; h; o; l; o; g; e; c; a; V; i; g; o; l; i; s; a; , c; o; d; i; c; e; d; u; n; u; i; p; o; , t; e; l; e; f; i; t; o; c; e; c; o;  
n; i; t; e; r; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e;  
n; i; t; e; r; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e;  
p; r; e; c; u; l; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e;  
d; u; n; u; i; p; o; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e;  
d; u; n; u; i; p; o; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e;  
d; u; n; u; i; p; o; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e; f; i; l; i; c; a; n; t; e;


E N I S.

Clericis vii M; i; c; p; a; c; e; l; i; s C; a; p; e; d; i; E; b; i; c; a; b; p; i; n; t; e;  
b; e; r; l; i; n; c; i; n; u; m d; e; M; o; l; a; c; s.

**O** S; a; M; i; c; p; a; c; e; l; i; s l; u; n; t; e; p; i; c; t; u; n; u; i; s C; a; p; e; d; i;  
**O** u; c; u; l; e; p; a; n; t; u; , g; i; n; t; i; s; o; g; a; c; a; c; e; t; u; n; g; e; c; u; n; g;  
E; l; o; r; i; c; u; n; g; i; f; u; n; g; i; d; e; n; e; c; , p; a; n; d; e; t; e; f; p; u; n; c; u; n;  
M; o; l; s; t; u; n; i; c; , p; u; n; n; i; s; i; n; u; n; g; i; o; l; y; p; o; n; i; s;  
C; a; n; g; i; n; g; i; n; d; e; x; , i; n; c; e; t; d; u; n; s; l; e; g; i; s; j; o; n; o; l; e;  
C; u; n; i; s; , b; r; e; c; t; u; n; g; i; n; o; n; e; n; c; , s; a; q; e; d; u; n; s; e; t; e;  
C; u; d; e; c; p; a; c; e; l; i; n; t; (d; a; o; g; l; e; l; i; n; t; e; f; i; ) c; e; n; b; o; l; a; s; j; a; n; t; o;  
I; u; d; a; c; e; l; o; l; u; n; t; P; r; o; p; u; n; t; , C; a; l; u; s; i; f; i; q; u; s; d; a; c; e; t; e; l; i; c; t;  
C; h; o; r; i; s; t; e; g; i; n; s; i; o; l; i; m; o; l; u; n; t; e; f; i; , g; i; n; a; p; o; p; e; l; a; s;  
**G** r; a; n; d; e; n; d; a; n; u; m; , f; e; l; e; g; o; q; e; n; i; s; i; n; t; e; f; i; n; t; e;

E N I S.





Obra protegida por direitos de autor